



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia, quæ non  
potuerunt stabilire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

prehendit, ita ut sit horredum etiam cogitare uerba huius uersus, adeo proprie eam depingunt, nec memini alium locum ueteris scripturae, tam clare damnationis malum referentem. Clibanus est a solo conspectu dei intolerabili succensus, in aeternum perseverans. Neque enim dies iudicii ad momentum durabit, sed in aeternum stabit, nunquam deinceps in occasum itura, perpetuo iudicabitur, & perpetuo cruciabitur, & perpetuo clibanus ignis erunt, hoc est, summa angustia & tribulatione torquebuntur intus.

Non quod impij deum uideant aut uultum eius, quo modo pii uidebunt, sed praesentiam uirtutis suae sentient, quam ferre nequebunt & ferre cogentur. Sicut & nunc est uidere in iudicijs temporis huius, Iustus ut leo confidit, ueritatem etiam cum gaudio expectans reuelari, quam tamen iniustus summo opere exhorret. Ita dulcis erit illa dies sanctis, horribilis autem impijs.

Dominus in ira sua turbabit eos. Eadem sententia, cum praedicta, ac uelut expositio, clibanus, quia reuelabitur ira eius, quo uultu (ut dixi) succedit eos igne illo, clibanus, Hebraeus diceret: Dominus in ira sua absorbebit eos, quia comprehendit eos, ut effugere nullo modo possint. Non enim mordebit tantum, sed totum quod sunt, deuorabit, ut nulla sui parte, effugere queant. Magnae certe & hoc ipsum uerbum epistolae & emphasis est, deuorari ab ira dei, & haec omnia ad internam poenam pertinent. Sequitur altera pars uersus,

Et deuorabit eos ignis. Hebraeus: Et comedet eos ignis. Hoc iam de externo igne intelligitur, in quem mittetur cum diabolo & angelis eius, Matthaei. xxv. Ite maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo & angelis eius, sic cum corpore & anima intus & foris arsurus. Quis huic Propheta tam clare omnia dixit? Neque enim ullus alius infernum tam clare descripsit, sed prior partem experientia cognouit, posteriori reuelatione, qui enim in hac uita posuerunt sese, ut hortum refrigerij & quietis, illic clibanus ardens erunt & cibus ignis.

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum a filijs hominum.

Ethic uersus cogit hunc psalmum, de Christo & suis hostibus intelligi, quem ad sensum uidemus ubique impleri. Fructum eorum siue prolem, siue quicquid in hac uita possederunt (quae fructus manuum dicuntur) immo & bona si qua faciunt in lege domini laborantes, licet intelligere, omnia enim per Romanos uastata sunt, & de terra patria dispersa in omnem terram, nec hoc satis:

*iudaeorum misericordia.* Etiam semen & posteritas eorum, non tantum de terra illa perditur, sed ubique ab hominibus propellitur, ut impleatur illud Osee. vij. Abiciet eos dominus deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Et Mich. vij. Lingent puluerem sicut serpentes, & uelut reptilia terrae turbabuntur de adibus suis. Vbi cuncti enim homines sunt, si Iudaei ibi sunt, incertam sedem habent, atque si etiam non assidue corpore uagentur, assiduo tamen timore uagandi & migrandi carere non possunt.

Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia, quae non potuerunt stabilire.

Hebraeus sic: Quoniam declinauerunt super te malum, cogitauerunt cogitationes, non potuerunt. Vbi pronomem, quae pro idiotismo uitando adiectum, & infinitiuus, stabilire, appositus est, pro clariore sensu. Significantius tamen uerbum

verbum absolute ponitur in hebræo, Non potuerunt, id est, nihil potuerunt efficiere, seu impotentes facti sunt, quo modo & psalmo, ciiiij. Audient uerba mea, quoniam potuerunt, id est, quia ualida & potentia facta sunt. Mala autem & cogitationes, illa sunt, quæ Pontifices ad Christum abolendum cogitauerunt, meditantibus inania, ut psal. ij. est dictum, dicentes: Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Sic & Hieremias, xj. Cogitauerunt super me consilia, dicentes, Venite & mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra. Commodè autem dicit, Declinauerunt, ut significet magis conatum quæ effectum impiorum, id quod altero uerbo exponit, Non potuerunt, Sicut enim posuit mari terminum suum, ut in littore confringerentur tumentes fluctus eius, ut in Iob dicit: Ita impijs, ut uelint & tamen non possint mala facere, sicut in Isaiâ dicit, xlj. Bene quoque aut male si potestis, facite, & loquamur & uideamus simul.

Quoniam pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum.

Hieronymus: Quoniam pones eos humerum, funes tuos firmabis contra facies eorum. Mira significatio & proprietates, si quæras, quid ergo agatur deinceps cum iudeis incredulis? Respondet, tantum ad onera uiuent, ut sese, multis, uanis, grauibuscque operibus legis fatigent frustra, sectando iusticiam & ad iusticiam non perueniendo, Vno uerbo, breuissime, laboriosum & inutile studium eorum, in lege & operibus eius edisserens. Potest hebraicus dupliciter reddi: Quoniam pones eos humerum in reliquijs tuis, diriges contra faciem eorum. Vel sic: Quoniam pones eos humerum, in neruis tuis diriges contra faciem eorum. Nam quod noster dicit, Præparabis uultum eorum, non placet, cum præpositionem, ad, omiserit, & uerbum hoc positum loco, frequètius dirigere aut firmare significet. Vnde Hiero. sic reddit: Quoniam pones eos humerum, & funes tuos firmabis contra facies eorum. Funes autem appellat, neruos tenso in arcu ad sagittandum, ut psal. x. Intenderunt arcum, direxerunt sagittas suas super neruum. Iam quis erit, sensus: Quamcumque translationem sequaris difficultatem inuenies.

Ego cum Hiero. pro reliquijs, neruos hic accipio, ad quod me mouet, uerbum, Diriges, seu firmabis contra facies eorum. Videturque mihi duplicem poenâ impiorum iudeorum signare, quarum prior est, quod ponuntur in dorsum, hoc est, in fugam, Gen. xlix. Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Altera est incurfus maioris mali, quod fugientibus & facie ponentibus ut effugiât, occurrat & intentet neruos suos dominus, sic ut ante & retro puniatur, onera cogit eos fugere, & arcus occurrentes cogit eos retrocedere, ita comprehendantur inter angustias, Et sic positi sunt, ut assidue, dum fugiunt scyllam cadant in charibdim.

Nihil aliud ergo hac humeri & uultus antithesi mihi uelle uidetur, quæ eos quoque sese uerunt ut effugiant, magis inuolui malis, dorsum sit eorum fuga, facies neruis directis obiecta sit, incurfus. Exempla sunt, Aegyptij in mare rubro submersi, quos posuit dorsum, dum respexit super eos & subuertit eos, deinde fugientibus ac dorsum dantibus occurrerunt aquæ, & sic inuoluti sunt in medijs fluctibus. Item aliud Iosue. viij. de uiris Hai, quibus ad urbem fugientibus occurrerunt ex insidijs armati filij Israel in faciem & medios ad internitum an Propheta ad hæc exempla respexit, dum hunc uersum æderet.

O o v Videmus

*Iudeorum duplex poena.*

ATIO  
ius uersus, adeo propit  
tura, tam clare damna  
dei intolerabili fluxu  
momentum durabit,  
perpetuo iudicabitur,  
hoc est, summa an  
lo pij uidebunt, sed pre  
erre cogentur, sicut &  
confidit, ueritatem ni  
summore exhorret.  
n prædicta, ac uelut es  
li xi) succedit eos sign  
ebit eos, quia compre  
mordet tantum, sed  
queant. Magnæ certe  
ra dei, & hæc omnia  
is.  
Hoc iam de externo  
eius, Mathæi. xxv.  
o & angelis eius, sic  
pheta tam clare oia  
d priorē partem ex  
nac uita posuerunt  
& cibus ignis.  
filij hominum.  
is intelligi, quem  
em, siue quicquid  
no & bona si qua  
m per Romanos  
hoc satis:  
ditur, sed ubiq  
et eos dominus  
s. Et Mich. viij.  
ntur de adibus  
sedem habent,  
ore uagandi &  
nfilia, quæ  
erunt cogita  
o adiectum,  
utius tamen  
uerbum